



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 561 Usque Ad Annum 633

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1759

VD18 90117832

§.34. Benedictus Papa moritur. Pelagius secundus Papa.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66072](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66072)

§. XXXIV.

Sæculum VI.
A. C. 577.*Benedictus Papa moritur. Pelagius
II. Papa.*

Eodem anno 577. obiit Benedictus Papa postquam Pontificatum gessisset annis quatuor, sepultusque est ad S. Petrum trigesima prima Julii. Una ordinatione Mense Decembri creavit Presbyteros quindecim, Diaconos tres & in diversis locis Episcopos viginti & unum. Successorem habuit Pelagium II. Romanum Vinigildi filium, qui annis duodecim sedit. Consecratus est non expectato Imperatoris Mandato, cum Longobardi Romam obsiderent, & totam vastarent Italiam, imo multis Martyrii occasio essent, aliquando enim captos quadraginta ruricolos ad comedendas carnes Idolis immolatas, morte denunciata nisi facerent, compellere voluerunt, & constanter recusantes optimos homines ad unum omnes necarunt. Rursus Longobardi alios quadraginta captivos, quod caput capræ Dæmoni immolatæ adorare nollent, interfecerunt. Iidem Monasterium Montis Cassini, sicut S. Benedictus prædixerat, everterunt; at secundum ipsius vaticinium Monachorum nullum comprehenderunt. Noctu Fratribus dormientibus irruentes diripuerunt

*Lib. Pont.
Sup. n. 21.**Greg. III.
Dial. c. 27.*

c. 28.

*Greg. II.
Dial. c. 17.*

Sæculum VI. runt omnia. Monachi Romam confuge-
A. C. 577. runt, Librum Regulæ cum quibusdam
 aliis codicibus, mensuram panis & vini,
 & quæcunque alia de supellectili servare
 potuerunt, secum portantes. Illo tem-
 pore præerat illis Abbas Bonetus seu Bo-
 nitus a S. Benedicto quartus. Primus
 fuerat Constantinus, secundus Simpli-
 cius, & tertius Vitalis. Pelagius Papa
 V. Chr. Cass. Monachis Romam confugientibus licen-
 Greg. II. tiam fecit ædificandi Monasterium prope
 Dial. præf. Ædes Lateranenses, cujus primus Abbas
 Valentinianus fuit.

§. XXXV.

S. Gregorii Initia.

Joan. Diac. Pelagius Papa, ut Longobardorum vis
 vit. Sanct. reprimeretur, missis ad Imperatorem
 Greg. l. 1. Legatis auxilium poposcit. Ad tantum
 c. 26. negotium adhibuit Gregorium illo tem-
 pore Ecclesiæ Romanæ Diaconum postea
 Papam, Virum Sæculi sui Principem. Is
 Romæ natus erat ex genere nobili. Gor-
 dianus Pater ejus ex ordine Senatorio ma-
 ximas opes possidebat, Mater ipsius Sil-
 via inter Sanctas tertia die Nov. colitur.
 Mart. Rom. Inter Majores numerabat Papam Felicem
 3. Nov. IV. cujus Neptes Tarilla & Æmiliana
 Joan. c. 1. etiam Sanctarum numero adscriptæ sunt.
 Mart. R. 24. Gregorius Romæ Prætor fuit, videlicet
 Dec. 5. supremus amplissimæ Urbis in Causis ci-
 Jan. vilibus
 Joan. Diac. c. 4.